

Hymn.

2.

V

Eni, redemptor gentium, ostende partum Virgi-

nis; miratur omne seculum: talis decet partus De-

um. 2. Non ex virili semine, sed mystico spiramine

Verbum Dei factum est caro fructusque ventris floruit.

3. Alvus tumescit Virginis, claustrum pudoris permanet,

vexilla virtutum micant, versatur in templo Deus.

4. Procedat e thalamo suo, pudoris aula regia, geminæ

gigas substantiæ a lacris ut currat viam. 5. Æqualis æ-

terno Patri, carnis tropæo cingere, infirma nostri corpo-

ris virtute firmans perpeti. 6. Præsepe iam fulget tuum

luménque nox spirat novum, quod nulla nox interpolet

fidéque iugi luceat. 7. Sit, Christe, rex piissime, tibi

Patrique gloria cum Spiritu Patrici, in sempiterna

secula. Amen.